





Ex. 19.

Pr. 31. num. 22. P. 8. 40.

3/20

DISSERTATIO JURIDICA
DE

VSV FORENSI

SC^TI

1715. 15

MACEDONIANI
IN GERMANIA

QVAM

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO

FRIDERICO AVGVSTO

PRINCIPE REGIO

CAETERA

AD DIEM XXVI NOVEMB. MDCCXV
PVBLICE TVEBVTVR

PRAESES

GODFRIDVS LVDOVICVS
MENCKEN

D. ET P. P.


ET

RESPONDENS

CAROLVS SIGISM. MARCHE

LIPSIENSIS

VITEMBERGAE
LITERIS VIDVAE GERDESIAE



DISSERTATIO JURIDICA

DE

VSV FORENSI

SCIT

MACEDONIANI

IN GERMANIA

LECTORIS MONTISERVENSIUM

SECTISSIMO SIGISMONDO

AC DOMINO

FREDERICO AUGUSTO

PRINCIPIS REGIO

CAETERA

SECTISSIMO SIGISMONDO

GODFRIDVS FVDOVICVS

IN PRAEFATIONE HONORIS

ET COLLEGIUM STABII

GARONI SIGISMONDO

DOMINO SIGISMONDO

IN PRAEFATIONE



MEMORILLVSTRI
ATQVE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
JOANNI GEORGIO
A PONICAV
DYNASTAE POHLAE, SCHOENBRVNNAE
ET TASCENDORFFI
AVGVSTISSIMI POLONIAR. REGIS
ATQVE
SERENISSIMI PRINCIPIS
ELECTORIS SAXON.
IN SVPREMO PROVOCATIONVM
ET ECCLESIASTICO SENATV
PRAESIDI SPLENDIDISSIMO
DOMINO SVO GRATIOSO

HANC DISSERTATIONEM
PIETATIS NVNQVAM INTERMORITVRAE
MONVMENTVM

EA, QVA DEGET, ANIMI RELIGIONE

DAT, DICAT, DEDICAT

ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO

NOMINI EJVS

devotissimus

CAROL. SIGISM. MARCHE.



DISSERTATIO IURIDICA
DE
VSV FORENSI
SENATVS CONSVLTI MACEDONIANI
IN GERMANIA.

PRAEFATIO.



Oris fuit apud Romanos, Sanctiones a Senatu sub Principibus promulgatas, vel a Consulibus, qui tempore Senatus Consulti conditi fasces tenebant, vel, quod rarius eveniebat, a Principibus, qui auctores fuerant Senatus aliquid decernendi, appellare. Hac ratione, si Macedonianum quoque *SCtum* nomen fuisset sortitum, facilius inter eruditos de appellationis origine conveniret. Nunc, cum a Macedone dictum esse satis constet, quis fuerit ille, qui scelere suo Legi occasionem & nomen dedit, fere ignoramus. Quamvis enim plerique, eum improbum foenus exercuisse, Juvenesque pecunias, primum mu-

SCtum Maced. non appellatur a Consule nec Principe.

A

tuo

tuo dando, deinde, legibus delusis, importunius exigendo, ad insidias patribus struendas pellexisse, opinantur: Ludov. MOLIN. d. *Just. & J. T. II. D. 301. n. 1. p. 220.* BICCIUS Colleg. Argentor. T. ad ff. d. *SCt. Maced. n. 1.* VOET. ad ff. b. t. §. 1. Struv. S. 7. Civ. *ibid. n. 50.* ZOESIVS eod. n. 1. ff. FRANZ. *ib. n. 2. 3.* WESENB. *ib. n. 2.* Jllustr. BERGER. *Dissert. de privileg. quibus renunciari non potest. C. II. §. 2.* Aliud tamen THEOPHILVS Paraphras. *Instit. Tit. quod cum eo, qui in al. potest. est. §. 7.* refert, qui filium familias fuisse contendit. Fuit, inquit, quidam Macedo Romae, (id enim nomen erat Homini) qui, cum in potestate patris esset, grande aes alienum conflagavit, sperans, futurum, ut mortuo Patre suo facile dissolveret. Cum multum jam temporis transisset, gravis ei & molestus ceperat esse Creditor, debitum repetens, Macedo cum non haberet, unde redderet, (nam quomodo qui in potestate esset?) patrem suum occidit. Relata res est ad Senatam. Et ille quidem poenas dedit parricidii: Verum SCtum factum est, quod Macedonianum vocatur, quo caveatur, ne, qui liberae personae, alieno juri subiectae, mutuum dedisset, actionem eo nomine haberet. Eandemque sententiam, omnium ICTorum pene suffragiis destitutam, tuetur MARANVS Paratitl. ad Tit. ff. d. *SCto Macedon. p. 326.* Et sane facile probari potest, Ulpianum, ad quem unum omnes provocant, qui Theophilo adversantur, nihil adferre, quod Graeco Paraphraetae repugnet. Docent hoc ipsa Legis I. pr. ff. de *SCt. Maced.* verba: Cum inter coeteras sceleris causas Macedo, quas illi natura administrabat, etiam aes alienum adhibuisset; & saepe materiam peccandi malis moribus praestaret, qui pecuniam (ne quid amplius diceretur) incertis nominibus crederet, placere, ne cui, qui filiofamilias pecuniam mutuum dedisset, etiam post mortem Parentis ejus, cujus in potestate fuisset, actio, petitioque dave-

Sed a Macedone filiosam scelerato, qui illi condendo occisionem dedit.

Consensus Ulpiani in L. 1. pr. ff. d. *SCt. Maced.*

daretur, ut scirent, qui pessimo exemplo facerarent, nullius posse filii familias bonum nomen expectata patris morte fieri. Potest enim locus hic supposita Theophili relatione absque ulla contorsione sequenti ratione explicari: Macedonem inter alias parricidii causas, a perversa indole suppeditatas, etiam debitis, quibus pecunia mutuo accepta immersus erat, ad scelus perficiendum instigatum fuisse: Et alias quoque frequenter ab iis, qui, ut gravior nequitia silentium praetereatur, incertis nominibus crederent, occasionem delinquendi male moratis suppeditari. Ideo Senatum constituere, ne unquam filii familias ob mutuum acceptum conveniri possent. Itaque, licet perpetuum non sit, quod urget MARANVS, ipso Vlpiano in L. 23. ff. d. verb. signific. tradente, aes alienum esse, quod nos aliis debemus, aes suum, quod alii nobis debent, cum Aegid. MENAGIVS Jur. Civ. Amoenit. Cap. XXXIX. doceat, aeris alieni vocabulum ad debitum quodvis, tam activum, quam passivum, referri posse. Illud tamen quoque negari nequit, receptius esse, ut aes alienum a Debitore contrahi dicamus, quam a creditore. At in dubio, Senatum potius vulgari, & usitata loquendi ratione usum fuisse, & Vocabula eo significatu, quem Icti illis proprie competere alibi data opera tradunt, adhibuisse, praesumi debet. Quo posito, Macedonem, mutuum non dedisse, sed accepisse, adeoque non foeneratorum fuisse, sed filium familias, gravi aere alieno Creditoribus obnoxium, oportet. Sed hoc alii expendant, ego de nomine Scti Macedoniani nunc non multum laborabo. Gravius est, in quo occupabor, argumentum. De usu ejus hodierno paucis disseram, quem cum aliqui, nullum esse, aut esse debere, contendant, rationes eorum expendere, & Usum saluberrimae Legis vindicare decrevi, quod ut feliciter mihi succedat, Divini Numinis auxilium conatibus meis exoro.

§. I.

Summa
SCri Macc-
don.

Est ergo mihi de *Senatus Consulto Macedoniano* agendum, id est, de jure a Senatu Romano introducto, & a Justiniano confirmato, quo pecuniae, filiis familias mutuo datae, repetitio denegatur. Hoc vero ipso prohibetur, ne filius familias, masculus aut foemina *l. 9. §. 2. ff. d. SCto Maced.* in patris aut avi potestate existens, *l. 14. ff. cod.* aut post debitum contractum sui juris factus *l. 1. ff. cod.* ejusve fidejussor, *l. 9. §. 3. ff. cod. mandator, d. l. l. 7. §. 1. ff. b.* aut, qui pignus pro eo dedit *l. 2. ff. quae res pignor. vel hypotec. dat.* itemque ejus pater, aut heres *l. 7. §. 10. de SCt. Maced.* ex mutuo pecuniae *l. 3. §. 3. ff. cod.* aliove contractu, in fraudem SCri excogitato, *d. l. 3. §. 3. l. 7. §. 3. ff. cod.* a creditore quocunque *l. 15. ff. cod.* qui mutuum dare alias potuit *l. 3. §. 2. ff. cod.* ejusve herede *l. 7. §. 6. ff. cod.* conveniri, & ad restitutionem compelli possit, unde actio denegatur, *§. 7. 7. quod cum eo, qui in alien. potest.* quoties manifestum est, adversus Senatus consultum factum fuisse, *Arnold. VINN. ad d. §. 7. Verb. denegat. actio.* alias vero conceditur exceptio Senatus Consulti Macedoniani, *l. 7. ff. de SCt. Maced.* eaque adeo privilegiata, ut, etiam post sententiam opposita, executionem impediatur. *l. 11. ff. cod. Dn. Luder. MENCCKEN. Contror. Select. Jur. Civ. Disp. VI. lites. VII.* Quae singula plenius passim a *Dd. ad ff. exponuntur: Addatur GOTHOFR. de IENA. Tr. de SCt. Maced. Sect. 6. aphor. IV. p. 448. & FROMMANNI Disserat. d. SCt. Maced.*

§. II.

Hic agitur
de SCt. Usu.

Mihi tantum de *Usu Senatus Consulti* hujus praesenti agere animus est. Neque adeo de ipsa ejusdem dispositione & controversiis, quae inter Doctores hac occasione moventur, plura commemorabo. Quin potius, quid apud Romanos juris fuerit, hic suppono tantisper, &

&, tanquam ab instituto meo alienum, omitto. Itaque nec casus cumulabo, in quibus privilegio huic locus vel conceditur, vel denegatur, de quibus *Johann. Georg. SIMON. de SCti Macedoniani cessation. ex instituto egit.* Quamvis enim id quoque ad usum SCti, vocabulo hoc latius accepto, referri possit: proprie tamen ad jus ipsum pertinet, cujus usum tantummodo vindicandum nobis sumimus. Usum vero intelligimus, non praecise praesentem, sed possibilem, sive, ut *viri Illustres, LYNCKE-RVS & BERGERVS* loquuntur, non tam *observantiam* hujus juris tuemur, quam *observabilitatem*. Licet enim certissimum sit, extitisse sapius, & existere potuisse, casus, in quibus creditores pecuniam, filiis familias mutuo datam, propter hoc Senatus Consultum etiam hodie repetere prohibeantur, parum utilem tamen credimus ea de re disceptationem. Quandoquidem nec Practicorum errores, licet frequentes, jus faciunt, nec solo non usu subditi legem tollere possunt. *Ill. STRYK. Usu modern. ff. Disc. Proem. §. 34.* Quare nolim de quaestione facti curiosa magis, quam proficua, cum quoquam contendere. Maxime, cum non de eo, quod fiat, sed de eo, quod juri conveniat, sit disceptatio. Sufficiat igitur, ostendere, posse quemlibet, qui secundum Jus Romanum hac exceptione tutus est, etiam inter Germanos creditori, in Senatus Consultum peccanti, restitutionem acceptorum denegare, Judicemque, ad usum privilegii jure Civili concessi tuendum, obstringi.

§. III.

Agam vero de *usu* Senatus Consultum non quocun- ^{*Agitur de usu Forensi*} que, sed *forensi*, id est, eo, quem decretum hoc Senatus Romani in tribunalibus & judiciis habet. Quo ipso removeo usum, quem ista juris Civilis dispositio coram ^{*Non in conscientia.*} Deo obtinet, aliusque discutiendum relinquo, utrum, qui

juris hujus allegatione creditorem repellit, salvam habere conscientiam queat, an, cui in foro Soli ita ab executione praestatur immunitas, is tamen in foro Poli ad improbos referri debeat, qui multum accipere & non reddere dicuntur, an denique media aliqua sententia amplectenda, & debitor nec semper nec nunquam in conscientia tutus dicendus sit. De quo vid. *Gorbosfr. STRAVSS. Diff. Utrum omni obligatione filium familias solvat Senatus Consultum Macedonianum. Petr. MVLLER ad Struvii Syntagma Jur. Civ. Exercit. XX. thes. LIV. not. §. 8. MOERLINI Diff. Utrum filius familias, qui exceptionem S^{CT}i Macedoniani opponit, sit tutus in conscientia. Joh. Andr. v. der MVELEN in Jur. Poli. Part. 3, q. 20. p. 600.* Nec prudentiae praecepta trado, adeoque non inquirō, utrum rectius sibi consulant, qui, jure competente utentes, creditorum odia & maledicentiam contemnunt, an, qui accepta, etiam cum foenore, restituere malunt, quam, solutione denegata, apud alios propriam quasi turpitudinem confiteri, & impudentiae, avaritiae, defraudationis, aut saltem animi parum generosi, existimationem subire. Denique nec de jure constituendo sollicitus sum, sed de constituto; adeoque a mea tractatione aliena est inspectio, *utrum Senatus Consultum prudenter a Romanis introductum, & ab aliis gentibus receptum fuerit? an consultius sit, eodem jure filios familias & homines sui juris quoad mutuū censerī? an denique Jus Romanum non totum rejici, sed quadam tamen parte mutari expediat? Licet enim ejusmodi de aequitate & utilitate legum disceptationes non inutiles omnino sint, ad Ictos tamen non pertinent, quibus non de jure condendo, sed de condito dispiciendum est, non ferendae Leges, sed secundum latas & conditas est pronuntiandum.*

§. IV.

Id adhuc rubro addendum censui, me de *Germanis*, Agitur de Ufu Germanorum. non aliarum gentium. *faltē meis, inter quos versor, sollicitum esse. Neque adeo quisquam a me expectabit, ut, quid inter alias gentes usu, quoad mutuū filiis fam. datum, obtineat, prolixè commemorem. Idenim securi ignoramus, saltē non est, cur magnam exterorum institutis perdiscendis operam impendamus. Sed &, cum summa inter plerasque gentes Europaeas juris Romani auctoritas sit, longum foret, de consensu & dissensu singularum, circa hoc Jurisprudentiae caput, disserere. Videri interim potest de usu Belgarum HUBER. Praelect. ad ff. t. d. SCto Macedon. tb. 2. de Frisia Job. a SAND. L. 3. T. 2. def. 2. De Gallia MORNACIUS ad L. 1. ff. ad SCt. Maced. p. 586. & Steph. RONGIVS P. 1. concl. 67. art. 15. p. 230. de Curia Genuensi Dominicus MORELLI cap. V. Observ. 2. n. 28. p. 239. Conf. Carol. Ant. BOTTILIER. d. Success. Cap. I. n. 6. p. 80. GREGOR. THOLOSAN. L. XI. c. 9. n. 2.*

§. V.

Ex his jam patet, in quo occupari debeat praefens Status controversiae. labor. Nempe quaeritur, *utrum, quae jure Romano, de repetitione, pecuniae, filii familias mutuo datae, denegata per Senatus Consultum Macedonianum, ejusdemque interpretationes subsecutas, constituta sunt, in Germania quoque nostra usum praestent? Utrum, si debitor actione instituta conventus, hoc legum Civilium beneficio defendatur, Judex illud negligere, & accipientem nihilominus ad restitutionem condemnare, an vero actorem repellere, & reum, tanquam jure in foris nostris obtinente tutum, absolvere possit ac debeat? Prius non ita pridem pluribus defendere annis est JCrus Excellent: Job. Petr. Ludvvigius in Dissert. quam de differentiis juris Romani & Germanici in mutuo, hoc ipso anno, habuit dis-* Dissensus Celeberrimi J. P. Ludwigii. *seren-*

Nostra sententia. *ferentia VII.* Nobis posterius ostendere animus est, quod ita exequemur, ut primum argumenta dissentientis recenseamus & expendamus, dein nostram sententiam rationibus muniamus, & consensu aliorum: Tum limitationes, quibus usus juris Romani, quoad hoc caput, inter Germanos a nonnullis restringitur, adducamus, & sub examen revocemus. Tandem in illustribus quidem Landstasfiis etiam SCro locum esse, ad Principum Imperii filios autem proferri non debere, ostendamus.

VI.

Object. I.
Causa SCri.
defectus pe-
culiorum.

Principio igitur Vir Excellentissimus *d. l. not. gg.* docet, liberos olim nulla peculia habuisse, unde sibi in rerum egestate potuerint consulere, sed patrem fuisse adeundum in omni genere nominis. Hunc saepius avorum extitisse & saevum, ut liberi omnia tentare, quam pecuniam ab ipso rogare, maluerint. Ideo, peculis postea liberorum dominio assignatis, filiumfamilias obligatum esse peculiotenus, quod ex *L. 1. §. 3. ff. ad SCT. Macedon.* probare cupit. Eandemque putat esse rationem peculii adventitii irregularis, inque eam rem excitat *Novellam 117. cap. 1. & CARPZOV. L. II. Resp. CV. n. 17.* Unde infert *not. seq. hb.* inter Germanos non posse non deficere SCTum hoc, cum tot nostris liberis pateant viae acquirendi peculia, ut sepe pudeat apud nos patrem ex operis Liberorum vel unum obulum lucrari.

Hodie ces-
sans.

§. VII.

Responso I.
non desu-
iss: Romae
peculia.

At enim vereor, ne, ad discrimen aliquod, inter Romanorum mores & hodierna instituta, ostendendum, congingantur rationes SCTi, de quibus illi, qui id condiderunt, nunquam cogitaverunt. Sane defectum peculiorum, inter causas decreti senatorii, a nemine veterum ICTorum referri, memini, nec referendum esse existimo. Primum enim nunquam probabitur, peculia olim nulla liberis fuisse,

fuisse. Potius certissimum est, cum patria potestas diutius duraret, plerumque peculia fuisse liberis concessa, indeque tot casus obvenisse, in quibus ipse pater peculio tenus tenebatur. *Vid. tot. tit. quod cum eo, qui in alien. pot.* Unde Romani potius patribus, ne de peculii, quae filii habebant, ex mutuo tenerentur, prospexerunt, §. 17. *f. eod.* quam ob defectum peculiorum jus hoc introduxerunt.

§. VIII.

Forte tamen de profectio peculio non vult intelligi *Vir. Celeberr.* sed de eo tantum loquitur, in quo filius habet proprietatem. At enim proprietas peculiorum S^CTi Macedoniani usum minime impedit, tantum abest, ut in eo collocari debeat ejus introducti ratio, quod res nullas filii familias habuerint proprias. Quod enim attinet ad peculium militare, in eo non ideo cessat S^Crum, quod illius proprietas filiosam. competat, sed quia filius intuitu peculii castrensis vice patrisfam. fungitur, quam rationem diserte docet *l. 2. ff. l. f. C. d. S^Cto Maced. & materiis judiciorum, ultimarumque voluntatum etiam applicat. l. 4. ff. de Judic. pr. f. quib. non est permiss. fac. testam.* Plane peculia castrensis jam competunt tempore Divi Octaviani Augusti, *d. pr. f. a quo milites donis plectos docet Tacitus Annal. l. i. cap. II.* At S^Crum Macedonianum demum sub Flavio Vespasiano conditum fuisse, probabile est ex iis, quae Suetonius refert in *vita ejus Cap. XI.* saltem Claudio Imperatore non est antiquius, etiamsi legem ejus, quae saevitiam creditorum coercuit, referente Tacito *annal. Lib. XI. Cap. XIII.* de hoc ipso S^Cto intelligendam esse, concedamus P E T R O F A B R O *Semestr. lib. I. cap. fin. Lacv. TORRENT. Comment. ad d. l. Suet.* Qua ergo similitudine veri inter causas S^CTi numerari potest, quod nondum fuerint peculia castrensis, quibus

Resp. II. Proprietas peculii non tollit usum S^CTi.

Nam a) quoad militare id excipitur, ob fictionem deficientis potestatis.

Et ante S^Crum caput.

quibus ortis, locus ei denegandus sit, cum eo ipso tempore & natum fuerit & vigerit atque incrementa coeperit, quo peculium militare liberis datum confirmatumque dudum erat.

§. IX.

b) *extraordinarium vero non operatur cessationem SCri.*

Id tamen certum est, peculia adventitia extraordinaria Macedonis temporibus nondum Romanis innotuisse, sed demum a Justiniano inventa fuisse, *Vid. VINN. ad §. 1. J. per quas person. cuique acquir. n. 3. verb. usum fructum patri.* Ex quo id quidem sequeretur, dari hodie pauciores, ac olim, casus, quibus SCto locus sit, si certum esset, filiumfam. pro quantitate illius peculii teneri. Inde tamen nullum pro omnimoda Macedoniani cessatione argumentum duci posset. At vero nec id concedendum est, quod dissentientes urgent, filium possessorem bonorum, in quibus patri nec proprietas nec ususfructus competit, peculiotenus ex mutuo teneri. Cum enim peculium castrense a dispositione SCri Macedoniani non eximat proprietas, sed jus patri familias in illo competens §. *præced.* quod intuitu adventitii irregularis filius non habet, *l. ii. C. qui testam. fac. poss.* consequens est, illud non obstat, quo minus creditor, pecuniam filiosfam. mutuo dans, exceptione repellatur. SCHVZ. *Compend. Lauterbach. ad ff. rit. d. SCr. Maced. p. 249.* MENCKEN. *d. rit. §. 3.* HAHN. *ad WESENB. ib. τ. 8.* GOMEZ. *var. Ref. Tom. 2. C. 6. n. 2.* Saltem *Novell. CXVII. cap. 1.* nihil hac de re disponit, CARPZOVI VS vero allegato *lib. II. Resp. CV. n. 17.* non nisi de castrensi peculio, in quo quis pro patrefam. habetur, loquitur, de extraordinario plane non cogitavit, in quo verisimilius est, ipsum SCto locum facere, cum id generaliter de bonis adventitiis, sub quibus & peculium hoc extraordinarium continetur, tradat. *Part. II. Constit. Elect. X. Definit. XVI. n. 18.* Dissent. CAIET. FEL. VERAN. *ad Decret. L. III. Tit. 23. Tom. III. §. 2. n. 8. p. 515.* §. X.

Nec id probat Nov. 17. c. 1.

Nec Corpz. offerit.

§. X.

Super est peculium adventitium regulare, quod Nec e) ad adventitium regulare.
 fateor a *Constantino* primum quoad bona materna intro-
 ductum, *l. 1. C. d. bon. mat.* ab *Arcadio & Honorio* ad alia
 a quovis materni generis cognato profecta extensum *l. 2. C. eod.* postea ab aliis ad lucra matrimonialia *l. 1. & 2. C. d. bon. quae lib. & sponsalitia l. 5. C. eod.* productum, & a
Justiniano demum generaliter concessum fuisse. *l. 6. C. eod.*
 §. 1. *J. per quas person. cuique acquir.* Id ipsum vero
 minime obstat, quo minus Macedonianum SCrum vires
 suas exerere queat. Nam vivo patri ususfructus illius cedit,
l. 6. C. d. bon. quae lib. Adeoque ante ejus mortem filius
 inde non magis satisfacere potest creditoribus, quam ex
 haereditate patris. Quare, quae ratio verat, ne filius
 inops mutuum contrahat, eadem etiam impedit, ne ob-
 stringatur, qui habet bona materna vel similia, quorum ad
 patrem fructus pertinent. Et quid multis? Tempore
 conditi juris Justiniani omnes peculiorum species in usu
 erant, & tamen SCti auctoritatem & Institutiones & Pan-
 dectae & Codex repetitae praelectionis confirmant. Ina-
 nis igitur profus & nulla est, quae ab usu peculiorum
 ad non usum SCti nostri ducitur, consequentia.

§. XI.

Vt tamen detur, introductis auctisque peculis minui Resp. III. Germani. peculis non sunt instructiores, quam Romani.
 & corruiere Usum SCti, nondum video, qui probetur,
 liberis hodie peculis esse instructiores, quam apud Ro-
 manos. Neque enim monstrantur tot illae viae, quae li-
 beris nostris prae Romanis patere dicuntur, acquirendi
 peculia, nec per se cuivis semet offerunt. Sane indies
 majores querelae de aquaestus difficultate oriuntur, &
 rariores quam apud Romanos sunt filiifamilias, qui suis
 operis se sustentare, nedum ultra alimenta tantum lucra-
 ri possint, ut nomina etiam in posterum hinc solvenda
 B 2 contra-

contrahere queant. Qui in militia sive sagata sive togata merere incipiunt, parum lucrantur plerumque, & cum pro patribus familias habeantur, non veniunt in hanc disquisitionem. Mercatores, artifices, opifices alique inferioris conditionis homines vix acquirunt, quod & ipsis exhibendis & debitis solvendis sufficiat, quamdiu in aliena familia degunt. Si propriam Oeconomiam instituerint, non habent peculia, sed bona propria, in quae patri nihil juris est. Ut nesciam, in quo demum hominum genere illa peculiorum facilitas quaeri debeat. Nam, qui super est, sequior sexus bonis lucrands minus idoneus est masculino. Quid, quod ex hac bona comparandi promptitudine colligitur, *pudere fere apud nos patrem ex operis liberorum vel unum obulum lucrari*, si probatum esset, evinceret potius, parum a filiis fam. acquiri. *Nam lucri legitimi, quoties magnum est, raro quemquam pudet*, exiguum emolumentum servientibus eripere. Denique minus etiam indulgendum esset adolescentibus, qui, cum & facile acquirant, & patribus indulgentibus utantur, tamen pecuniam mutuam quaerere, eoque ipso majore prodigalitate merito coercenda, suspicione semet onerare. Sed nimium forte immemor objectioni leviori.

§. XII.

Obj. II. In-
troducitur
SCri. ob pe-
reunitatem
patriae po-
testatis.

Transeo ad aliud argumentum quod a patriae potestatis apud Romanos perennitate, quae in Germania deservit depromptum est. Ita enim pergit *Vir Excellentiss. d. lit. gg. p. 35.* Deinde patriam apud Romanos potestas fuit olim perpetua, ut liberi in operis patri praestandis atque opibus eidem acquirendis senescerent, &c. Hi igitur si mutuo se obligaverant, nexu hoc non poterant liberari alio quam patris largitione, ut huic omnino esset consulendum. Ubi lubens largior, patriam potestatem apud Romanos olim fuisse perpetuam, liberisque etiam in operis patri praestandis con-

consenuisse. Ita enim diserte ait *Dionys. Halicarn. lib. II. cap. XXVIII. A Romulo sive scripta lege, sive moribus, quibus populum formavit, introductum est, ut patria potestas duraret in filium toto vitae tempore.* Contra inter Germanos liberi, quam primum peculiarem œconomiam instituunt, aut filiae nubunt, ex patris potestate exeunt. Ex quo concludi posse videtur, ideo patri apud Romanos fuisse consulendum, quod filiorum non juvenum tantum, sed & senum voluntates, opesque ab ipso dependerent, adeoque illi, non nisi patris morte aut largitione a nexu debiti semel contracti potuerint liberari. Id quod apud Germanos secus se habere, modi, quibus patria potestas hodie solvitur, supra commemorati satis evincunt.

Quae apud Germanos non aequae daret.

§. XIII.

At vero sola patriae potestatis dissolutio, quae patre vivo contingit, nec patris successionem largitur, vix sufficit, ad filium nexibus, quibus creditori suo tenetur, eximendum. Adeo non minus bonis paternis, qui aeris alieni onere premitur, inhiabit, si se citius sui juris fore speraverit, quam si tardius ab ea liberetur. Deinde, ut sumus mortales variis fortunae casibus obnoxii, multa facile accidunt adversa, quae impediunt, quo minus, qui propriam œconomiam instituere per aetatem posset, rebus suis superesse relictaque patris domo & convictu in suam potestatem pervenire queat. Adde quod foeminae quoque *SCto* Macedoniano comprehendantur. At quotaque filia in Germania facilius pecunias mutuo accipere solveret, quam apud Romanos? Ut plurimum enim, quousque coelibes sunt, in patris potestate, donec ea morte solvatur, perseverant. Sin nuptias incant, non adeo aut a patre incipiunt aut ipsae acquirere possunt opes, unde debita ante contracta facilius solvere possint, quam si adhuc in patris sacris essent constitutae. Quod si

Resp. I. Hac ratione non rolli SCti usum sed tantum minui.



si bona etiam propria, veluti materna, possideant, illa patris quidem usufructui per matrimonium subtrahuntur, raro tamen liberio rem dispositionem admittunt sed maritum plerumque usufructuarium accipiunt & administratorem.

§. XIV.

*Resp. II.
Quo minus
hodie pta.
pot. durat,
eo magis
necessarium*

Quin potius plane inverti etiam potest hoc argumentum. Quod si enim tempore Romanorum, quo pater, donec moreretur ac liberis hereditatem suam relinqueret, illorum necessitatibus prospiciebat, mutuum filio fandum ne quidem post ejus mortem restituendum erat; multo magis hodie providendum est, cum liberi majores propriam familiam instituere, suisque operis, non patris sumptibus, vivere debeant, ne simul & sua indigentia & creditorum importunitate nimium pressi, & patri, & sibi, & Reipublicae oneri sint. Illud per se patet, injuriam quodammodo patri fieri ab eo, qui ipso infcio pecuniam filio credit, unde ejus ali augerique possit luxuria. Cum enim vero simile non sit, velle patrem, ut sine mandato suo pecunia filio credatur, fomitem incontinentiae & in patrem inobedientiae praebet, qui sic non modo perdituro credit, sed & credendo filium perdit alienum. Ita *Periclem* Athenis adversus familiarem filio suo *Xantippo* postquam is *Islandi* filiam duxerat, pecunias mutuatum perorasse refert *PETRUS AERODIUS, rer. judicat. lib. IV. tit. IV.* Jam minus excusabilis est, qui onus perpetuo duraturum jam vir & pater impatientius fert, quam qui jugum brevi deponendum aegre patitur, & probabiliorem excusationem habet, qui filium jam aetate profectum, ac de sine iniqui, quod durus pater & forte injusta insuper noverca exercent, imperii pene desperantem mutuo dato sublevandum putat, quam qui juvenem ante aetatem imperiosum armat adversus patrem, cujus

cujus utut forte severa, tamen parum duratura est potestas. Maxime cum minus opus sit lege ad refrenandum hominem Seniore, quam ut dometur corruptus, & potius ne corrumpatur adolescentulus.

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.

Conf. CICERO *Oration. pro Sext. Rosc. Amerin. cap. XIV.*

§. XV.

Alia ratio juris Romani, quae nostris moribus haud quadrare dicitur, adducta est, *dict. Dissert. p. 36.* Scilicet in odium praecipue foeneratorum & Macedonis improbi foeneratoris illud latum esse ait, Vir Celeberr: inque eam rem excirat locum MARCIANI *in l. 40. ff. d. condict. indebit.* Inde ergo arguit, Romae olim usurarum modos, vel nullos fuisse, vel pessime servatos. Idque *Fu-fidi* foeneratoris exemplo illustrat, quem filiis durorum patrum sub quintuplicibus usuris credidisse *Horatius* refert *lib. II. Satyr. II.* Postea *p. 38.* addit, hodie ultra ordinarias usuras nefas esse accipere vel a debitore filio- (forte patre-) familias, adeoque neminem adeo stultum & absolum fore, ut pecuniam credat spei, si pater intestato fuerit mortuus. Praesertim cum hodie occasiones non desint, pro legitimis usuris pecuniam mutuare creditoribus atque nominibus bonis & certis. Unde, alia tempora alias etiam leges poscere concludit.

§. XVI.

Quo loco, ne quis allegatam *l. 40. iis*, quae in praefatione dixi, contrariari putet, primum notandum est, altum esse in ea de Macedone silentium. Quod ad rem ipsam attinet gratis supponitur, odium foeneratorum potissimum fuisse SCTi rationem, cum potius saltem sit causa accessoria, HUNN. *Var. Ref. L. 3. Tr. 3. P. 1. qu. 16.* SCHWEND. *ad Eckold. T. d. SCT. Maced. §. I. verb. non in filiorumfara.* FROMMANN *d. SCTo Maced. §. 29.*

HAHN.

Object. III. Causa SCTi fenus immodicum.

Olim permisum, aut saltem exercitum.

Hodie veterum & exera usum.

Resp. I. Odium foeneratorum non est causa principalis SCTi.

HAHN. *ad Wesenb. ib. n. 3. verb. ac mortis etiam paternae & parentum inprimis favor respiciatur arg. l. 1. l. 3. §. 3. ff. d. Sct. Maced. l. f. C. eod. §. 7. f. quod cum eo, qui in alien. potestat. Dn. Lud. MENCKEN b. p. 214. Simon v. LEEUWEN Censur. forens. L. 4. c. 3. n. 12. p. 316.* Unde Scto locus est, etiam in mutuo pecuniae absque usuris dato l. 7. §. 9. ff. d. Sct. Maced. adeoque cessante omni odio foeneratorum.

§. XVII.

Resp. II.
Romae
quoque
usurae ad
modum le-
gitimum
redactae
erant.

Porro Romae olim nullum usuris modum fuisse praescriptum, optimorum historicorum testimonio repugnat. Nam lege XII. Tabularum cavebatur, ne quis foenus unciario majus exerceat, narrante TACITO *Annal. lib. VI. cap. XVI.* eamque sanctionem plebiscito renovatam fuisse refert LIVIUS *lib. VII. Cap. XVI.* postmodum ad Semuncias primum redacta, deinde lege *Genucia* vetita fuit verisura, *Tac. d. l. Livius dict. lib. cap. XLII.* Tandem centesima usurae receptae. *Cicero ad Attic. lib. V. epist. ult.* Haec igitur, quia majores capere nefas erat, minores licebat, maximae dicebantur, itemque gravissimae *l. qui sine ff. d. negot. gest. l. tutor §. idem solent, l. non existimo ff. d. admin. §. peric. tut.* Eaedemque, ob certum earum statutumque jus, legitimae, *l. 3. §. f. ff. d. eo, quod cert. loco. l. pecuniae l. placuit ff. d. Usur. l. 3. in fin. ff. d. ann. legat.* Atque tunc modum, nisi quod in pecunia trajectitia ob ejus periculum excedi potuit *l. eor. §. 1. C. d. usur.* usque ad Justinianum perdurasse colligi potest ex *l. 40. ff. d. Reb. cred. l. 8. C. Si cert. petat. l. 7. §. 8. l. 54. ff. d. peric. §. administr. tutor. §. curat. l. f. C. d. usur. rei judic.* Itaque Roma non magis ac Germania, legibus usurariis caruit. Add. Barnab. BRISSON *Select. ex Jur. Civ. Antiquit. lib. III. cap. I.*

§. XVIII.

§. XVIII.

Illis vero fraudem ab usurariis factam fuisse, certum quidem est, & eleganter ostenditur a Gerardo NODT de foenor. & usur. lib. II. cap. IV. sed nec nostra tempora foenebri malo carent, ut vel res judicatae ostendunt, quarum meminit Dn. LVD. MENKEN. Theor. & Pax. Pandect. tit. d. usur §. 9. seqq. Plane cum nec olim occasio justum foenus exercendi rarior, ac nunc, fuisse videatur, & nunc quoque non minus ac apud Romanos, nescio quo non multos abripiat auri sacra fames, mirandum non est, dari stultos, quorum alias quoque fertilior seges esse, quam sapientum, solet, qui nomina incerta spe immodici lucri sectari, quam pecunias sub legitimis usuris tutius collocare malint. Ut vero pater intestatus moriatur, vix est, ut requirant foeneratores, qui non nisi divitum filiis, & vix tantum solent credere, quantum eorum legitimam aequaturum esse existimant. Ut adeo haecenus nullam omnino inter nos ac Romanos diversitatis rationem deprehendam. *Add. infr. §. 37.*

Resp. III.
Usuraria
pravitas
contra le-
ges nec ho-
die cessat.

§. XIX.

Alia differentia quaeritur in creditorum circa creditum exigendum potestate. Tanta enim eorum in debitoribus filios saevitia legibus permessa fuisse dicitur, ut vix potuerint non parentes ad nomina illorum liberanda per moveri. Creditorem olim vitae & neci jura in debitores habuisse ait, *dict. Dissert. p. 37.* Patrem vero aut solvere coactum aut filium noxae dare, §. f. J. d. noxal. action. junct. l. 57. ff. de judic. l. 39. ff. (ita enim legendum non C.) d. O. & A. Id ergo ne porro fieri atque parentibus ex aere liberorum damnum infligi posset, merito per SCrum eorundem obligatio sublata dicitur. *dict. Dissertat. p. 37. num. 5.* Secus esse hodie docetur p. 38. n. 5. ideo quod debitor vita libertateque privari nequeat, sed saltem

Obj. IV.
Ratio SCri.
duritias ex-
actionis.

Jus vitae
& necis

hodie ces-
sans.

si maior sit, a creditoribus detur custodiae, cui prudens pater eum, in tanta aetate constitutum, libenter relinquat, ne porro peccet, & deinceps sapiat.

§. XX.

Resp. I. Noxae deditio pertinet ad filiorum delicta, non contractus.

At vero loca adducta id minime probant, cujus gratia allegantur. Nam §. *fin. 7. de noxal. action.* de liberorum delictis agit, non de eorum contractibus. Ergo ex delicto privato filiofamilias pater quondam tenebatur, nisi mallet filium noxae dedere. Inde vero non licet argumentari ad contractus, quorum diversa plane ratio est. Damna enim, quoties privatis restituenda sunt, in vitis inferuntur, at contractus cum volentibus incuntur, qui nosse debent conditionem eorum, cum quibus contrahunt. Unde servi quoque, nisi dominus pro iis solvere malit noxae dedendi sunt, quoties deliquerunt. *l. 1. ff. eod.* Nec aliud dicit *l. 57. ff. d. judic.* quae tam ex contractibus, quam ex delictis in filiumfam. concedit actionem, de noxali non potest intelligi. Haec enim non in eum, qui nocuit, datur, sed alium, in cujus is potestate est, *pr. §. 3. §. 7. d. noxal. action. l. 1. ff. eod.* Eadem ratione *l. 39. ff. d. Oblig. & Action.* probat quidem cum filiofamilias agi ex omnibus causis tanquam cum patre posse. Id vero actioni noxali minime favet. Eam enim pro eo, qui non servus, sed liber & suae potestatis est, moveri impossibile suisque legibus incognitum declarat *Justinianus. l. 21. in fin. C. d. furt.*

§. XXI.

Resp. II. Jus vitae & necis nec Romanis in debitores competit.

Non rectius se habent, quae de jure vitae & necis, quod creditoribus competierit in debitores, *Diff. cit. p. 34.* traduntur. Possent equidem ad huc pro illa opinione allegari *Lex XII. Tabb.* qua obaerati capitis poenam solvere & corpora secari, ac inter creditores dividi jubentur, quod de mortis supplicio post *Quintilian. Instit. Orat. lib. III. cap. VI.*

SENAT. CONSULTI MACEDON. IN GERMAN. 19

VI. & Gell. Noët. Attic. lib. XX. cap. 1. tantum non omnes intellexerunt. vid. Illustr. THOMASIVS *Dissertat. d. Naevis Jurisprud. Roman. thes. II. Observ. IV. §. VII. VIII.* Sed legem illam de distractione, id est, venditione in servitute rectius interpretatus est BYNCKERSHOEK. *observ. Jur. Rom. lib. I. cap. 1.* Nec id quoque jus diu duravit, sed sensim sublata creditorum saevitia jam sub libera Republica & deinceps sub Imperatoribus multo mitius cum debitoribus fuit agendum.

§. XXII.

Quamobrem, si, quo durius creditori jus suum adversus debitorem exequi permittitur, eo major ratio est SCri Macedoniani in foris observandi, non dubitem, invertere argumentum & locum illi potiore in Germania vindicare, quam inter Italos. Hi enim multo favorabiliores fuerunt reis, ac nosmet, qui & carcere debitores, non tam ad eos emendandos, quam puniendos includimus, donec omne debitum solutum sit, & ad manus operasque creditoribus obaeratos addicimus *LandR. lib. III. art. 39. Weich; Bild art. 27. Jus Lubecens. lib. I. Tit. III. art. I. Ordin. Process. Isenac. A. 1702. Tit. XXIX. §. 1.* Quae satis ostendunt, etiam si a rigore exactionis SCri Macedoniani usus dependeret, illi tamen in Germania nostra non modo non minus, sed etiam magis, quam olim Romae, locum esse concedendum.

§. XXIII.

Pergo ad aliam differentiam, quae circa propensionem in parricidia notatur, *dict. Dissert. p. 36. n. 3. & p. 39. n. 6.* Nimirum truces Italorum animi facile ante diem in patrios annos inquisivisse dicuntur, & percussores, veneficos, insidiatores in parentes emisit, cum post debitum contractum & liberorum & creditorum interesset, patris mortem, antequam testamentum conderet, accelerari, etque

Resp. III. in Germania etiam rigidior executio obtinet, quam olim Romae.

Object. V. Prontas in parricidia Italorum.

idque ab ipso *Justiniano* confirmari ostenditur, cum eam SCto causam adscribit, quia saepe onerati aere alieno creditarum pecuniarum, quas in luxuriam consumebant, vitae parentum insidiabantur, Quo pertinet, quod *Juvenalis* scribit *satyr. III.*

Funus promittere patris

Nec volo nec possum.

De *Macedone* ex *Theophilo* ipsi diximus in Praefatione. Addi poterat *Cicero* in *Orat. pro Sext. Roscio Amer.* quem parricidii accusatum cap. *XIV.* ita defendit, *Patrem occidit Sex. Roscius? Qui homo? adolescentulus corruptus, & ab hominibus nequam inductus? annos natus magis quadraginta; Vetus videlicet sicarius, homo audax & saepe in caede versatus &c.* Diversa longe & mitior

Prae ger-
manis.

nostrae de qua quaerimus, gentis indolet est. Neque enim ingenuos Germanos Italicas insidias aut metuere aut meditari constat, potius aperta eorum & benigna ingenia ab homicidiis abhorre, nec parricidia more illorum concoquere posse: ut ipsa naturae bonitas satis jam parentum securitati prospexisse, ne SCti auxilio indigerent videatur. Idem *BEYERUS* urget ad *ff. p. 297.* qui Italo-

Idemque
Graecorum
& Gentili-
um prae
Teutonibus
Christianis
nis.

rum insidiis, Graecorum perfidiam nostris abominabilem adjungit; & utrosque olim gentiles in tantum facinus Christianis proniores fuisse addit. Conf. *TULDEN.* in *Cod. Tit. d. SCto Maced. cap. ult.*

§. XXIV

Resp. I.
Parricidia
nec apud
Graecos &
Romanos
frequentia.

At enim vereor, ne Graecis ac Romanis tanta alias virtutis laude celeberrimis, injuriam faciant, qui eos adeo faciles ad atrox parricidii scelus perpetrandum fuisse contendunt. Aliter *Solon* judicavit, qui suis *Arbeniensibus* legem de parricidio ferre noluit, quod neminem tam foedum & horrendum facinus perpetraturum speraret, ut *Cicero* refert *Orat. pro Rosc. Amerin.* Aliter *Romulus*, qui

qui pariter id crimén tam dirum & impium credidit, ut superfluum judicaverit, supplicium constituere delicto, quod nemo commissurus esset. *Plutarch. in vit. Romul.* Nec tamen diffiteor, successu temporis eo etiam impietatis perventum fuisse, sed a paucis. Neque enim crebra fuisse parricidia quisquam docuit historicorum, nec eorum meminit ipsum *Scutum*, quod rationem tam gravem non erat praetermissum. Ut sola *Triboniani* in re- censendis jurium occasionebus saepe supini, & voculam de suo facile addentis auctoritas ad probandam rem minus probabilem nobis minimo sufficiat. *Satyrici* autem nec locus multum habet, quod nobis adverteretur, nec exaggeratio fidem historicam pareret. At *Cicero* non quid ab adolescentulo fieri soleat, ostendit, sed quid nisi a juvene corrupto, & a sceleratis inducto patrari non possit, ad clientem suum defendendum exponit. Denique nec Macedonis exemplum nobis obstat, qui non omnia Romanorum parricidia, sed eorum tantum crebritatem negamus.

§. XXV.

Utinam vero de nostris & Germanis & Christianis affirmare liceret, neminem illorum tam perditum esse, ut ad extrema vitia praeceps ruat. Jam experientia testatur, inter nos quoque nullum non crimén aliquando committi. Et fere plura parricidiorum exempla unus refert *CARPZOV. Prax. Criminal. Quaest. VIII. num. 26. 27.* quam *Jcti* nostri ex tota historia Romana commemorant. Ac minus forsitan a Germanis metuendum esset, quam ab *Italis*, si de vindictae studio, cui *Transalpini* nimiam, etiam cum pessimis artibus, operam navare creduntur, coercendo ageretur. Nunc de fide servanda & fama boni nominis tuenda fugiendaque duri creditoris importunitate, imo libertate a carcere, & ad-

Resp. II.
Nec Germania parricidiorum ignava.

Aut ab excessibus alienior Italis; ubi non agitur de vindicta.

ditione ad manus creditoris agitur. Huic fini obtinendo vix est, ut majorem industriam impendat quisquam, quam Germanus. Saltem infanticidiorum frequentia testatur abunde, quid non & foeminae nostrae, etiam non pessimae & quae saepe nullo pretio ad magnum scelus emi se paterentur, ad avertendum amissae virginitatis opprobrium perpetrare possint, quoties spem impunitatis clandestinitas promittit. Ex quibus consequitur, si filiis pecuniam mutuo accipere liceret, metum parricidiorum aut inter Italos ac Graecos, non majorem, quam inter nos futurum; aut non tam majorem illis, ac nobis timendi causam fore, quam vehementiorem ob ingenia suspiciosa ad metuendum propensionem. Denique fac mutuo liberis permisso tam ingentia mala nunquam in Germanos redundatura: Superfunt tamen aliae rationes, alia damna parricidiis quidem minora, sed prudenter tamen praecavenda, quibus occupandis salutaris est Macedoniani S^Ci usus.

§ XXVI.

*Obj. IV.
Ratio
S^Ci, pri-
vilegium
aetatis
filiisfam.
Romae de-
negatum.*

Denique illud argumentum nobis opponitur *dist.*
Dissertat. p. 37. n. 6. a diversitate privilegii aetatis Germa-
nos inter ac Romanos competentis delumtum. Refer-
tur ex *Brissonio lib. 3. Antiquit. cap. 2. lege Lactoria* cau-
tum fuisse, ne quis adolescenti viginti quinque annis
minori crederet, neque additum fuisse, utrum ad juve-
nes sub patris potestate constitutos, an ad eos, qui sub
cura essent, sanctio haec pertinere debeat. Ex hoc in-
fert *Vir Excellent.* Romanos causam habuisse, cur mutu-
um filiisfam. dare prohiberent, quae apud nos nunc qui-
dem deficiat. Ipsum juvabit audire. Ita enim colligit;
*Sed cum crederent forte aliqui privilegiis minorennium
gaudere tantum orphanos instar reform. Francofurtanae
Part. II. Tit. I. §. 4. non autem filios fam. inde omnino
caus-*

causae fuerunt S^Cti Macedoniani. Contra in Germania In Germania
 minorenntatis privilegia etiam filiosfam. competere do-
 cet p. 38. in margine num 4. Unde nec S^Cto inter nos, ^{nia concessum.}
 ut poteratione ejus deficiente, locum amplius conceden-
 dum contendit.

§. XXVII.

At enim divinatorium profus est, fuisse forsan in- Resp. I.
 ter I^Ctos Romanos, qui legi Lactoriae eam mentem ad- Privilegi-
 fingerent, quam habet statutum Francofurtense. Potius um aetatis
 vim legis illius etiam quoad filiosfam. in vulgus notam Romae
 fuisse arguit locus ab ipso Viro Celeb. ex Plauti Pseudolo-
 adductus, qui Act. I. Scen. III. repetitur. Ibi enim Cal-
 lidorus, non sui juris homo, sed adolescens, cujus pater
 Simo vivebat, eumque habebat in potestate, cum inopia
 argentaria se perire dixisset, Ballioni, ut in debitum iret,
 consilium danti respondet:

Perii an non tum lex me perdit quina vicennaria?

Metuunt credere omnes.

Eoque jure Romanos tum fuisse usos Ballio leno quoque
 supponit, cum regerit:

Eadem est mihi lex, metuo credere.

Nec ullae conjecturae de tam illepedo errore, a quoquam
 Romanorum commisso vel probabilis saltim causa reddi
 potest. At si pro lubitu veteribus naevos affingere, &
 ex iis rationes jurium antiquorum ex ingenio fabricare
 eo cum effectu liceat, ut nisi ejusmodi imaginarias cau-
 sas nostro Seculo convenire ostendatur, ipsarum Legum
 auctoritas in dubium vocari possit, non erit lex amplius
 ulla, aut S^Ctum, quod non, prout libitum fuerit, ever-
 tere & ex foris nostris eliminare queat, quisquis medio-
 cri diversorum jurium notitiae quaecunque ingenium
 adjunxerit.

§. XXVIII.

Resp. II.
Licet
postea de-
num con-
cessum non
sustulisset
SCtum.

Sed fingamus tantisper, inter causas SCTi Macedoniani haud postremam fuisse, quod aetatis privilegium ad homines sui juris restrictum, & patrem habentibus denegatum crederetur. Ideone beneficiis minorum etiam filiosfam. concessis SCTi usus cessabit? Minime vero. Neque enim quemquam fore crediderim, qui Jure Justiniano iis tantum, qui suae potestatis sunt, adversus lubricum aetatis succurri existimet. Porius etiam filiosfam. minoribus consuli & Ulpianus in *l. 3. §. 4. 5. 7. 8. ff. d. minor. & integer titulus C. d. Filiosfam. minor.* testatur. Imo pater quoque interdum ex persona filii minoris restituitur *d. l. 3. §. 10. ff. de minor. junct. l. 1. §. 2. ff. d. Castrens. peculio. l. 2. C. d. bon. quae liber.* At prima juris principia everteret, si quis eo tempore SCTum Macedonianum obtinuisse praefracte nimis negaret. Possunt ergo eodem tempore filiosfam. & privilegio aetatis frui, & SCTo Macedoniano se tueri. Maxime cum hoc SCTum etiam majoribus proficit, illud vero non nunquam & eos adjuvet, qui mutuum accipiendo contra SCTum non contraxerunt, *l. 2. C. d. filiosfam. minor.*

§. XXIX.

Resp. III.
Et magis
consultis
Romanis,
quam Ger-
manis.

Imo si quis ipsam Viri Excellentiss. de aetatis privilegio doctrinam paulo attentius consideret; facile perspiciet tantum abesse, ut illa adversus nos arma suppediter, ut potius pro nobis quam fortissime pugnare videatur. Fatemur equidem hodie orphanis minoribus non licere curatoribus carere, adeoque etiam filiosfam. minores absque consensu patris, tanquam curatoris naturalis non obligari. Sed id nobis vicissim dabit dissentiens, quod ipse docet, primum minorum jura in Germania non ubique ad filiosfam. pertinere, dicit. *Diff. p. 37. n. 6. vid. supra §. 25.* deinde brevius inter Germanos quamplurimos minorenni-

tati

tati spatium definiri, ut ipse pro regula tradat, juvenes nostros imberbes, post decimum octavum aetatis annum custode remoto majorenes fieri. *Different. 6. not. dd. p. 31.* At vero, ut *Spartianus refert in vit. M. ANTONINI Philosophi*, addatur *Barnab. BRISSON. Select. ex jure Civ. antiquitat. l. 3. c. 2.* olim Romae lege *Lactoria* cavebatur, minoribus viginti quinque annis curatores dandos, eademque lex generaliter vetabat, ne quis ejus aetatis ex credito accepto obstringeretur. Itaque Romanis adolescentibus usque ad annum aetatis vigesimum quintum jam ante Sctum Macedonianum prospectum erat, nostris absque eodem saltem ad annum decimum octavum consultum foret. At haec aetas audacior & robustior nec dum satis plerumque composita, si ulla, freno maxime adversus luxuriam libidinesque opus habet. Quoposito per se patet, nostris temporibus Sctum Macedonianum magis etiam, quam quondam, utile & fere necessarium esse. Quod in transitu monuisse sufficiat. Neque enim huic argumento insistere, illove ad sententiam nostram probandam uti animus est, cum terminum minorennitatis adeo brevem pro regula non agnoscamus.

§. XXX.

Hae ergo sunt rationes, quas nobis oppositas deprehendimus, sed satis jam profligatas speramus. Superest ut videamus, utrum, quia testimoniis etiam pugnantibus, *not. ii. p. 39.* testes produxerit argumentis meliores. Sed statim in eo fallitur, quod referat *CARPZOVIVM Resp. 105.* (addendum est *lib. II.*) querelas movere, quod *Dd. de praxi Scti Macedoniani* in foris judiciisque Germaniae dubitent, quos ideo instituat convellere. Neque enim quemquam Germanorum credo esse, *CARPZOVIVS* fuit deprehendit tempore, qui de usu Scti nostri dubitaret. Certe nec vola ejus rei nec vestigium in illo loco

Obj. VII. Dissensus aliorum, qui in fertur ex testimonio Carpozovii sed falso allegati.

D

appa-



apparet, saltem de eo controvertitur *utrum exceptio SCti in Saxonia etiam in processu executivo attendi debeat*, quod ipse ibidem defendit, an in reconventionem rejici, quod FINCKELTHVSIVS existimaverat, quia jure Saxo-nico instrumentis guarentigiatis, secundum *Ordin. Provinc. anni 1555. rubr. Versaßte Brieff und Siegel & Ordin. Sax. Polit. anni 1612. tit. von Justitien Sachen / n. 12. Ordin. Proc. Sax. tit. XXXIX. §.* Wenn aber das Urtheil / non nisi solutionis & compensationis exceptionem in continenti liquidam opponi posse statuebat. Rectius quod CARPZO-

Et Strykii, sed aliam quaestionem tractantis.

VIO perperam imputatur, de Illustr. STRYKIO *Uf. mo- dern. ff. lib. XIV. Tit. VI. §. 1. asseritur.* Sed is quoque tantum adversus eos disputat, qui casus, in quibus partes ad SCtum Macedonianum provocant, in praxi occurrere inficiantur. Qui facultatem hoc privilegio utendi filiiisfam- aliisque, quibus jure Romano per id prospicitur, deneget, neminem adducit; De eo vero praecipue contendi- mus, de altera quaestione, ut mere historica & exigui in jure momenti, vix solliciti sumus. *Vid. supra §. 2.*

§. XXXI.

2) *Dissensus Equinarii Baronis*

Ita facile transfegerimus, cum indicibus testimonio- rum nobis objiciendorum, CARPZOVIO & STRYKIO. Nam magis adversantur ipsi testes nobis oppositi. Primus est *Equinarius Baro*, quem ambabus quidem manibus largi- mur *ad §. 7. J. quod cum eo, qui in alien. potest. docere, fili- osfam. commentitiis quibusdam ac veteri Romae incogni- tis modis apud nos a patria potestate liberari, tumque etiam in mutuo pro patribus familias haberi.* At enim vero eum hoc ipso usum Macedoniani SCti Germanis dene- gare gratis asseritur. Quaestio est, utrum, qui est filiusfami- lias, ex mutuo pecuniae accepto firmiter obligetur. Eam affirmare non magis impediuntur, qui novos ex patria pote- state exeundi modos hodie obtinere docent, quam veteres Roma-

Qui potius nobis ad- stipulatur.

Romani. Qui licet primum per imaginarias venditiones & manumissiones a Justiniano abrogatas *l. f. C. d. adopt.* deinde per emancipationem Anastasianam *L. 5. C. d. Emancip.* ac demum per Justinianeam *l. f. C. eod.* quas primi auctores SCTi penitus ignorabant *§. 6. 7. quib. mod. jus patr. potest. solvit.* liberos sui juris effici, eoque facto mutuum quoque valide contrahere docerent, non tamen ideo usum Macedoniani negabant, aut ullam de eo vel dubitandi causam utcunque probabilem nacti fuerunt. *Add. infr. §. 43.*

§. XXXII.

Id vero magis mirandum, Grœnewegium quoque ^{3) Grœnewegii} vocari in subsidium, quod is majorenes pro emancipationis haberi doceat, & in minoribus etiam cessare SCTum Macedonianum conjiciat, cum in integrum restituantur ob lubricae aetatis privilegia *ad lib. IV. C. Tit. XXVIII. p. 514.* Addit enim, ut dissentiens quoque commemorat, *nihilominus melius esse, minorum jura servari SCTo Macedoniano, cum restitutio in integrum nisi probata circumventionem non concedatur, ad SCTi vero beneficium sufficiat, mutuum datum fuisse filiofamilias.* Excipitur equidem hodie contractum minoris Orphani sine curatoris, filiifam. sine patris consensu ipso jure nullum esse, & Germanos ignaros esse discriminis inter non obligari & restitui in integrum, adeoque GROENEWEGIVM ut aliter loquentem tamen vere consentire. Verum primo vix est, ut pro consentiente possit allegari, qui manifeste dissentit, licet simul ea doceat, secundum quae consentire debuisset. Deinde fieri potest, ut sine patre, forsan absente, solus minor, veluti venia aetatis impetrata, valide contrahat. Porro si non aliud, certe tempora petendae in integrum restitutioni praefinita abunde docent, etiam apud nos aliud esse, utrum illa competat, an negotium ipso jure nullum sit.

*Qui manes-
feste nobis-
cum sentie*

Nec rationes aduersus nos supereditat.

Denique frustra pro jure Germanico allegatur *Ictus Belga* fundamentum suae hypotheseos in eo collocans, quod patriam potestatem tollat majorennitas, cui nostros mores eam non largiri, satis quidem inter omnes constat. Id lubens praetereo, rationem a competente restitutione in integrum ad negandum SCri usum plane nihil valere. Nam si vel maxime ponamus eandem esse utriusque beneficii virtutem, adeoque concesso uno alterum exulare, non video equidem cur in pari causa SCtum cedere debeat, cum eodem jure dici posset valere Macedonianum, & propterea filiumfam. adversus mutuum frustra restitui. Deinde falso supponitur, restitutionem in integrum contra mutuum acceptum cum exceptione SCri concurrere quoad filiumfam. minorem. Quod si enim is patre consentiente mutuum acceperit, caret omni, etiam Praetoris, auxilio *l. 3. §. 4. ff. d. minor.* quemadmodum Scabinos Vi-tembergeneses A. 1708. respondisse refert Illustris BERGER *Oeconomia juris lib. III. Tit. II. thes. II. not. 10. p. 578.* sin creditor in SCrum impegit, cessat restitutio, cum communi auxilio & jure satis munito extraordinarium remedium non tribuatur. *l. 16. pr. ff. d. minor.*

§. XXXIII.

4) *Zaffi*
quem pariter
potius
consentire
ostenditur.

Æque frustra provocatur ad VDALRICVM ZASIVM, *Tom. V. Opp. lib. II. Respons. singul. c. 28. p. 42.* Ibi enim is nihil aliud docuit, quam filiumfam. mutuum accipientem SCri beneficio valide renunciare, sique illius exceptione se abdicaverit, patre mortuo, ut ex alio contractu, teneri. At quid inde? Ergone qui jus aliquod abdicare contendit posse eo ipso illud competere usumque forenses habere negat? Imo vero haud obscure agnoscit. Nisi forte Ictus summus magno conatu magnas nugae agere voluisse, & communi sententiae saltem ideo semet operose opposuisse videri debeat, quo in lepido de superflua renunciatione

ciatione imaginarii beneficii certamine inanem victoriam reportaret. Sed & S^Cti Macedoniani usum in dubium non vocare Zasium ex aliis locis apparet, in quibus ejus auctoritatem haud obscure adstruit aut supponit. *vid. Tom. III. p. 411. Tom. IV. p. 26.*

§. XXXIV.

Non minus fallitur, cum secum etiam sentire *Celeb. s) Celeb. Thomasti* THOMASIVM tradit: *aperta magis*, inquit, & *integra* THOMASIVM *Jurisprudentia Thomastiana, quae in notis ad Pandectas Lib. 14. Tit. 6. S^Cto Macedoniano locum merito negat in Curii patriae institutorum non ignaris.* Sed nec Illustrem Virum nobis adversari verius est, cum ipsa loci inspectio doceat eum concedere potius, quam tollere utilitatem S^Cti quod liquido ipsa ejus verba ostendunt: Ait enim *hujus tituli USUM esse rariorem in foris Germanorum, nec obstare praejudicium apud CARPZOVIUM, quia una hirundo non facit ver.* Atque adeo minime locum huic S^Cto prorsus negat, sed saltem frequentem ejus Usum in dubium vocat, de quo nobis parum utile videtur disputare. *qui iridem non facit pro dissente.*

§. XXXV.

Sed poterant jam pauciora sufficere ad praxin juris *Idem de Tuldeno contra alios assertur.* Romanis adversus objectiones Viri Excellentiss. defendendam. Porius itaque ad probationem meae sententiae pergo, quam paucis absolvam, si unum loco huic de sensu aliorum proprium adjecero, non satis accurate pro negando S^Cti Macedoniani inter Germanos usu etiam TULDENUM allegari a B. BEYERO *ad ff. Lib XIV. Tit. VI. p. 297. & Celeb. THOMASIO in not. ad ff. dict. loc.* Ut enim taceam, Professore Lovaniensem, huic enim muneri DIODORUS TULDENUS praefuit, de usu moderno loquentem vix de Germania intelligendum esse, is in commentario ad *Cod. hoc tit.* id egit potius, ut re-

stringeret, quam ut tolleret observantiam S^Cti Macedoniani.

§. XXXVI.

*Rationes
pro usu
S^Cti Ma-
ced. in Ger-
mania.
I. Prae-
sumtio pro
jure Civili
non elisa.*

Progredimur ad rationes, quibus ad afferendum S^Cti Macedoniani inter nos usum movemur, exponendas. Quod tanto brevius exequemur, quanto magis praeter spem exercitatio haec jam excrevit. Primum igitur id ipsum nobis sufficere videtur, quod hactenus nihil adlatum sciamus, quo saluberrimae Sanctionis receptio inter nos confutetur. Manifestum est enim jus Justinianicum eos, qui filiisfam. pecuniam dant mutuo crediti jactura coercere, *supra §. 1.* At non minus certum est, & ad nauseam usque a pluribus deductum *eos, qui jure Romano in Germania nituntur, fundatam habere intentionem*, donec adversarius contrarium probaverit vid. STRYK *Uf. Mod. Proem. §. 39.* LAUT. *Concl. For. Ex. 1. th. 1.* JOH. SCHILTER *Pr. Jur. Rom. in For. Germ. Exerc. 1. §. 22.* MAUR. *d. libr. Jur. Comm. th. 27.* Id quod & praxis quotidiana clamat, & tot constitutiones provinciales ac locales ostendunt, & ipsi etiam Recessus Imperii confirmant, qui toties ad leges civiles sub nomine jurium communium scriptorum Caesareorum provocant, & Camerae assessoribus, ut secundum illas pronuncient, inculcant. *Ord. Cam. p. 1. t. 57.* Nec leges Germaniae generales quicquam de casu controverso disponunt, ut nihil obstat, quo minus hic juris Civilis subsidio utamur. Taceo illa patriae nostrae non contemnenda territoria, in quibus, abrogato veteri jure Germanico, leges Romanae non in subsidium saltem, sed principaliter sunt receptae.

XXXVII.

*II. Ratio-
nes S^Cti
etiam ad
Germaniam
quadrantes.*

Tanto vero major Germanis ratio est, hanc legum civilium dispositionem in suis foris sequendi, quanto fortiores fuerunt S^Ctum condendi rationes nostro quoque Se-

Seculo convenientissimae. Primum patribus prospicitur, *Securitas*
 ne aut vitae insidias patiantur, aut potestatis vel auctori- *& reverentia pa-*
 tatis detrimentum sentiant. *arg. l. 1. ff. d. Sct. Maced. irum.*
junct. §. 7. 7. quod cum eo, qui in alien. l. f. C. ad Sct.
Maced. At Germanis quoque patribus & securitatem a
 liberis praestari expedit *vid. supr. §. 26.* & debitam ab iis
 reverentiam vindicari & votis saltem captandae mortis
 occurri interest, maxime postquam rigor Romanus, quo
 olim facilius filium immorigerum coercere licebat, plu-
 rimum imminutus est. Deinde justum foeneratorum *Odium fœ-*
 odium decreto amplissimi ordinis ansam dedit, *l. 1. ff. eod. l. neratorum.*
40. ff. d. condict. indeb. At in hos non minus, imo etiam magis,
 excandescere solent nostri legislatores. Nec minus ac Ro-
 mani, foenebri malo laboramus. *vid. supr. §. 19.* Ut me-
 rito hoc quoque illud coercendi remedium utilissimum
 amplectamur. Praeterea ipsis etiam filiosfam. *Vilitas*
 num Sctum consultit, ne dum juvenilibus caloribus abripi- *filiorum-*
 untur, cupidini dediti, tristem sentiant exitum, qui eos *fam.*
 post dispersum expectat patrimonium. *l. 8. §. 5. C. d. bon.*
quae lib. At probro foret nobis, minorem liberorum cu-
 ram habere quam habuere olim Romani. Denique pu- *Salus pu-*
 blicae Salutis, quae Germanis nostris non minus ac Se- *blicis.*
 bliae Romano, cordi est, defensio & olim flagitavit,
 natui Romano, quo minus materia peccandi malis mori-
 bicem poni, quo minus materia peccandi malis mori-
 bus praesterur *l. 1. ff. d. Sct. Maced.* luxusque mox pari-
 turus egestatem cresceret GOTHOF. DE JENA *d. Scto*
Maced. Sect. I. Apor. IX. & nunc, ut remedio obvio uta-
 mur, perinde suadet.

XXXVIII.

His suppositis non opus est, ut specialis Scti Mace- *III. Rece-*
 doniani in Germania receptio probetur. Quam qui in *prio nomi-*
 singulis juris capitibus doceri desiderant, nae illi jus no- *natim*
 bis obrudunt incertissimum, & a Judicantium arbitrio *facta.*
 ple-

plerumque dependens. Erimus tamen in bona causa liberaliores, & jura Germanica expressa adducemus, quae amplissimi ordinis Romani decretum nominatim confirmant. In capitularibus Karoli M. ab Ansegiso & Benedicto Levita collectis l. 7. c. 304. edit. Baluz p. 1092. discrete cavetur, qui filiosam. contra interdicta legum in scio Patre pecuniam commodarent, eam nec vivente nec mortuo patre ab eodem poterit postulare. Quo quidem loco commodare pecuniam idem esse ac dare mutuum per se apparet & per interdicta Legum Sctum Macedonianum intelligi satis probabile est, idem certe jus confirmari omnino liquet. Sed ut Leges antiquas missas faciamus plerarumque Provinciarum ordinationes nominatim Scti Macedoniani constitutionem repetunt & confirmant. Cumulum ejusmodi Ordinationum coacervavit GISEBERTUS Justinian. Harmon. ad §. 7. J. quod cum eo qui in alien. pot. n. 198. seq. 5. 392. seq. & WEINGARTEN Fasciculo diversorum jurium p. 1. p. 281. Apud Boruffos in viridi observantia esse Sctum Macedonianum docet das Chur Brandenburgische revidirte Land-Recht. P. 1. tit. 25. art. 14. In quo fere omnia quae ad ff. ad d. tit. traduntur nominatim sunt repetita. Perinde confirmatur verbis expressis in Ordin. Reformat. Francofurtensi P. 2. Tit. 1. §. 4. p. 99. Idemque constitutum Ordinatione Norica tit. 13. art. 4. Adde Constitutionem Rudolphi II. Imperatoris A. 1589. emissam, ubi sub jactura omnium exceptionum & metu mulctae mutuum filiisfam. credere prohibitum. Exhibet illam HAHN ad Wesenb. ad ff. Tit. d. Sct. Maced. n. V. p. 465. ex JOH. BAPT. SCHWARZENTHALERI Proc. Judiciar. L. 1. c. 4. n. 18. Similes Constitutiones passim occurrunt. Sed mihi plures colligere jam non vacat. Quod ad Saxoniam nostram attinet nostros Legislatores Scto Macedoniano locum relinquere

re adeo non est dubitandum, ut etiam adversus Cambia, contra quae non nisi liquido competentes exceptiones allegari possunt, id admittunt; ceu resp. Fac. Jur. Lips. Mens. Nov. A. 1708. v. MENCKEN *Theor. & Pr. ff. tit. d. Sct. Maced. n. V.* conferri merentur *Rescript. Div. JOH. GEORGII II. ad Acad. Lipsen. Anno 1680. miss. ap. Dn. KOENIG Append. ad Annot. in Ordin. Cambial. Lips. Lit. N. p. 40.* & quae in *Usu hodierno HOPPII ad Inst. leguntur L. IV. T. 17. de statutis Acad. Vitembergensis, ZANGER. d. except. P. 3. c. 12. n. 59. Ienenfis, STRIV. S. 7. Civ. Ex. 20. th. 53. Tubingenfis, LAVTERBACH. in Colleg. ff. T. d. Sct. Maced. §. 12. Giesensfis & Marburgensfis, NEBELKR. ad L. IV. Inst. t. 7. §. ult. adde WISSENBACH. Diss. Jur. Civ. 47. th. 15. in f.*

§. XXXIX.

Erunt tamen forsitan increduli, qui praxin quae secundum leges adornanda & dijudicanda erat, Legibus opponent & jura haec, qualiacunque fuerint in foro observari negabunt. Sed hoc quoque experientia refellit, cum praecjudicia pene multa quotidie doceant, & opponi exceptionem Scti Macedoniani & in foro attendi. Quaelia BERG. *Oecon. p. 578. CARPZ. L. 2. R. 105. Id. P. 2. C. El. 10. d. 16. & 17. Id. P. 3. Dec. 256. n. 126.* Dn. MENCKEN. *in theor. & Prax. Pand. T. d. Sct. Maced. n. III.* DN. PHILIPPI *in Us. pr. Just. L. IV. T. 6. Ecl. 61. n. 12.* aliique attulerunt. Plane etiam cum executive agitur adeoque secundum principia Germanica celerrima executio creditori conceditur; tamen SCum attenditur, modo adsint liquidae probationes, quibus in illud peccatum esse ostenditur vid. CARPZ. *L. 2. Resp. CV. n.* Imo in ipso processu Cambiali omnium rigidissimo non infrequentia occurrunt exempla Scti in foro admissi. Ita in causa Judaei filiifam. a ICris Halensibus & Lipsiensibus responsum refert Dn. BOENICKE *Digest. Jur. Civ. Rom. in ord. natural. reduct. L. II. T. XXXI.*

IV. Praejudicia.

Etiam processu executivo.

Et Cambiali.

E

§. ult.



§. ult. Pariter ob praesumptionem mutui palliari filiofam, ex literis cambialibus convento, cum exceptionem SCTi Macedoniani opponeret, subveniendum censuisse Scabinos Vitembergenses *Ann. 1708.* commemorat *Illustr. BERGERVS d. except. non numerat. pec. advers. camb. §. II. Philocal. for. p. 145.* eandemque sententiam eodem anno amplexos esse ICTos Lipsienses *Menf. Nov.* videre est in *MENCKEN. Theor. & Prax. ff. Tit. d. SCTi. Maced. §. 5.*

§. XL.

*Consensus
communis
sententiae.*

Atque ista de Usu SCTi Macedoniani inter Germanos recepto persuasio tanto consensu ubique regnat, ut ZASIVS, cum non SCTi beneficium vocaret in dubium, sed saltem ei renunciari posse doceret, vid. *supr. §. 34. universum orbem dicere docereque contrarium fuerit testatus.* Quare ingentem numerum consentientium facili opera cumulare possem, sed pauci sufficient. Nobis igitur ad stipulantur *Illustr. BERGER. suppl. Proc. Exec. p. 6. th. 12. Id. Oeconom. Jur. p. 577. GOTTLIEB. GERHARD TITIVS Jur. privat. L. IV. c. VIII. §. 8. L. X. C. V. §. 10. Id. Observat. Lauterbach. 428. STRYCK. ll. cc. SCHILTER. ad tit. ff. d. SCT. Macedon. HAHN. ad Wesenb. ibid. n. 3. sq. STRVV. S. J. Civ. Exercit. 20. th. 51. BRVNNEM. ad L. 1. ff. d. SCT. Maced. Id. ad l. 1. C. eod. PEREZ. ad C. cod. & tantum non omnes, qui hujus SCTi meminerunt,*

§. XLI.

*Restriçtio
Juris Ro-
mani erro-
nea.*

*Ad malam
fidem cre-
ditoris.*

Satis, puto, vindicari Usu generalem SCTi Macedoniani. Id adhuc in controversiam venit, annon ille restrictior apud nos esse debeat, quam olim. Ita post *AVTVMNVM & GROENWEGIVM* existimat *B. BEYER. ad ff. p. 297. 298.* Nempe pecuniam filiofam, mutuo datam nec satis utiliter ab ipso expensam non obstante SCTo Macedoniano hodie restituendam existimat, dummodo creditor eam in luxum vertendam iuste ignoraverit. Unde con-

concludit solum supereffe SCri Macedoniani usum, si creditor luxuriam adolescentis promoverit, alias filiosfam. quoad mutuuum eodem cum patribusfamilias jure censerit. At vero periculosum videtur & publicae utilitati adversum, ut eum a poena SCri absolvam, qui pecuniam mutuam in luxuriam versam iri ignoravit. Ipse enim vir beatus docet fere potissimam pecuniae partem a juvenibus saepius in luxum impendi, licet necessitatem vel utilitatem praetendant. *d. l. p. 298.* Hoc vero posito praesumptio est perditum iri pecuniam adeoque vix unquam in justa ignorantia versabitur Creditor. Denique hoc concessio evanescet pene saluberrima Constitutio. Quis enim non SCri beneficio carere, quam onus propriam turpitudinem & nummos male consumptos & praesumptionem contra se tempore accepti mutui militantem probandi suscipere mallet?

Ipsa Praesumptio est contra Creditorem

nec probatio prodigalitatis filiosfam. injungenda.

XLII.

Aliter adhuc usum SCri Macedoniani hodiernum limitat idem BEYERVS *d. l.* Nimirum mutuuum filio fam. datum cancellis indigentiae non includi amplius, verum ad casus utilitatis extendi debere *v. g.* Si filius fam. qui vitam hucusque probam transegit occasionem nanciscatur Bibliothecam pretio, magno quidem, sed pro ratione mercis exiguo emendi nec pater consentiat tertium ait filio credere posse pecuniam, ubi tantum filio obvenerit, restituendam. Sed nihil mutamus; Quodsi enim pecunia accepta utiliter impensa probetur, nequidem Romano jure Creditor numerorum suorum jacturam patitur, sed licet actione mutui destituatur, habet tamen conditionem quatenus est filius factus locupletior. vid. HVBER. *Prælect. ad ff. T. d. SCto Maced. lb. 3.* WISSENB. *ad ff. ibid. pr.* Unde nulla subest iniquitas quae correctionem mereatur. Nec minus etiam *Ulpiani* sententia tutus est, qui mutuuum dat filio familias,

Limitationes superfluae I. in mutuo utili.

Resp. Casus utilitatis etiam Jus Romanum prospicit.



ut venditori satisfaciat, qui si peteret exceptione non submoveretur. *l. 7. §. 14. ff. eod.*

XLIII.

II. Quoad emancipatos modis Germanicis.

Neque tamen tantus Juris Romani amor nos occupavit, ut nullam omnino SC*ti* Macedoniani restrictionem hodierno jure adjectam esse ne per consequentiam quidem existimemus. Potius sponte concedimus dari hodie varios modos solvendi patriam potestatem Romanis ignotos. Quo pertinet peculiaris œconomix Institutio, filiarum matrimonium, & quibusdam locis separatio liberorum certa bonorum parte ipsis assignata. Quibus si solvitur patrie potestatis vinculum, non potest non simul SC*ti* effectus tolli. Id tamen monendum est, vix esse cur hoc in U*su* Macedoniani SC*ti* pertractando commemoretur, ut aliud agere videantur, qui in tradendis juris Romani & Germanici, *quoad mutuum*, differentiis, in discrimen inquirunt, quid inter Jus vetus & hodiernum *quoad emancipationem* intercedat. Id enim ad aliud plane caput pertinet, nec quis filius fam. sit, qui sui juris hic quaeritur, sed quid obtineat circa mutuum illi datum, quem in patris sacris constitui aliunde constat & supponitur. Alias nec id prætereundum erat, dari vicissim casus quibus licet jure Romano cessaret, hodie tamen obtinet SC*ti* U*su*. Ita si pater ab hostibus captus in captivitate moriatur, mutuum pendente patria potestate a filio contractum convalescebat ob fictionem Legis Corneliae *l. 1. §. 1. ff. d. SC*to* Maced.* quæ inter Christianos minime tollit SC*ti* beneficium, cum libertas captivis salva sit; add. *supr. §. 32.* Sed hæc, ut dictum, non sunt hujus loci.

*Qua concessa vicissim ampliandus esset SC*ti* usus.*

XLIV.

III. Quoad officiales, Doctores, Sacerdotes, ll. mm. nn. oo. pp. qq. rr. ss. iudicium esto.

Idem de aliis, quos contra Leges Civiles a SC*ti* sanctione eximi docet LUDWIGIUS *d. l. p. 42. seqq. not.* Quod enim ad

ad *officiales* Doctores, Sacerdotes ac tribunitiae artis Magistros attinet, illorum circa mutuum jura dependent a quaestione praedjudiciali, utrum sub patriae potestatis jure perseverent nec ne? quod non est hujus loci discutere. Mercatores etiam Romano Jure ad S^Ctum non pertinent per manifestam *L. 7. §. 11. ff. de S^Ct. Maced.* nec opus est, id ex *l. 3. §. 1. ff. cod. probari*, quam, cum ultra publicanos ad alia negotia non possit extendi, huc pertinere recte negatur *dict. not. nn. p. 44.* Maxime cum casus hic a quaestione plane alienus dici potuisset. Neque enim Vestigialium conductio speciem constituit mercaturae. De milite clara est *L. f. C. ad S^Ct. Maced.* dispositio. Eum vero qui S^Cti beneficio renunciavit maxime jurato aut judicialiter, nihilominus eo uti posse negant alii cum *dissentiente not. qq. rr. ss. ZAS. Sing. Resp. l. 2. c. 28. CARPZ. P. 3. Dec. 256. n. 14. sq. CAI. FELIX VERAN. ad Jus Canon. l. 3. Tit. 23. n. 8.* alii contra affirmant, PEREZ *ad C. T. ad S^Ct. Maced. n. 19. HUNN. R. L. 3. Tr. 3. P. 1. qu. 17. CLUD. Tr. d. cond. indeb. c. 8. n. 78. sq. GOMEZ. Var. Res. Tom. 2. cap. 6. n. 2.* Utrique suam Sententiam juris communis principiis muniunt, neque adeo quamcunque ex his amplectaris opinionem ullam ideo legum Romanarum & praeceos modernae diversitatem, de quo sola nunc sumus solliciti, opus est comminisci.

Mercatores.

Milites.

Renunciatores.

§. XLV.

Ceterum quae pro usu S^Cti Macedoniani Germanis vindicando hucusque attuli, non modo ad cives & inferiorum conditionum homines pertinere, sed omnibus omnino statuum Imperii Subditis convenire persuasum habeo. Unde nec Illustres Landsassios excipio, si modo illi provocaturi sint ad privilegium, quo ignobiles, quoque ex generositate saepe non uti docet GOTTL.

*Ampliorio
Ufus Macedoniani
ad
Illustres
Landsassios.*



GERHARD. TITIVS *Jur. privat. L. IV. cap. VIII.*
 §. 3. Scilicet apud Romanos nulla dignitas, nisi quae
 a patria potestate liberabat, efficiebat, ut filiosam, pe-
 cunia tuto crederetur. *l. 1. §. 3. ff. ad Sct. Maced.* Jam
 legem Romanam etiam quoad Sctum Macedonianum
 inter Germanos receptam esse, hucusque probavimus.
 Habet vero jus Romanum in territoriis Germanorum ra-
 tionem juris Provincialis. Itaque eo tenentur omnes
 omnino subditi, nec dignitas ulla aut praerogativa a Sa-
 cra Caesarea Majestate Electorum & Statuum Landsassii
 concessa Juri territoriali quacunquē ratione praejudicat.
 vid. *Cap. Joseph. art. 43.* Manifestum est igitur ad Co-
 mites & quosvis illustres Mediatos Scti Macedoniani di-
 positionem recte applicari. Atque ita *supremam Curiam*
Provincialem Lipsiae Jus dicentem *A. MDCCIX. Termino*
Luciae in causa Comitum pronunciaffe insert allegatum
 praejudicium in MENCKEN *Theor. & Pr. Pandectar.*
Tit. d. Sct. Maced. n. III. p. 450.

*Praejudi-
cium Cur.
Prax. Lips.*

§. XLVI.

*Sctum non
obtinēt in
filiis Prin-
cipum Im-
perii.*

*Ob eorum
dignitatem,*

*Licet non
ipsis*

Nolim tamen ad Serenissimos Principum Imperii
 filios dicta applicari. Hos enim a potestate Legis hujus
 partim dignitas eximit, partim soluta subjectionis vincu-
 lo conditio. Dignitati illorum Macedoniani exceptionem
 repugnare ipsi quoque, qui eam illis competere contē-
 dunt, largiuntur. vid. *Illustr. STRYK. ad Lauterbach. Tit.*
ad Sct. Maced. verb. negat. p. 425. Id. Uf. Mod. ff. cod.
 §. 5. Ex quo fateor non fluit argumentum adversus ipsos
 Legis Civilis beneficio usuros validum. Ut enim nun-
 quam credam CARPZOVIO rationem fuisse Scabinis Li-
 psiensibus metuendi ne Comitissa a Solms se injuriis la-
 cessitam existimaret, si ipsi eam pro miserabili persona,
 cujus Juribus Illustris Vidua frui sponte cupiebat, ha-
 berent *Lib. II. Resp. XIX. n. 27. seq.* ita hic quoque fru-
 stra

stra Creditor urgebit, infra principis dignitatem esse, quod is ultro desiderat. Habebit tamen haec ratio eum ^{attamen alius obstantem} usum Juridicum, ut eam recte putem Tertio velur fideiussori de SCto excipienti opponi. Ipsi vero etiam Principis filio obstabit eminens nativitas, quae ipsum inter Principes Imperii personas collocat e subditorum numero penitus exemptum. Ac legibus Romanis se ipsos in ^{Et sublimem conditionem.} causis propriis nunquam subjecerunt Imperii Principes, qui illas intuitu subditorum receperunt. DN. GRIBNER. *d. Praejud. Princip. Imp. ex abusu Jur. Justin. cap. II. §. II. seq.* adeoque nec liberos, qui paternae Jurisdictionis subditi non sunt, iisdem adstrinxerunt. Nec adest aliquis alius superior, qui istos mutuam accipere vetet aut patriae potestatis, quatenus ea Juris Romani est, iugum subire jubeat. Ut nihil morer exceptionem SCHILTERI *ad ff. Exercit. 27. §. 77.* hoc argumentum ideo invalidum existimantis, quia privatorum etiam filii rerum paternarum quasi domini, nec patrum Jurisdictioni obnoxii & tamen SCti nostri auctoritati subditi sunt. Ad horum enim conditionem a Principis sui voluntate dependentem adeoque ex legibus receptis dijudicandam Principum filios non esse metiendos facile patet, conf. *Dom. Antun. PORTUGAL. Tr. de Donat. regis T.I. L. 2. c. 8. n. 10. II.*

§. XLVII.

Scio aliter sentire plerosque vid. Illustr. STRYK *Uf. Dissentien. Mod. T. d. SCto Maced. §. V. Id. ad Lauterbach b. I. tos.*
 Illustr. BERGER *Oeconom. Jur. Lib. III. T. II. th. 2. not. s. p. 576.* SCHILTER. *ad ff. Exercit. XXVII. th. 77.* Sed Horum argumenta ^{rejecla.} horum rationes me a Sententia minime abducunt. Ajunt patriam potestatem etiam inter Principes vigere, quod ^{1) A patria potestate.} quatenus ea ex naturali jure derivatur facile concesserim, quae vero jus Romanum super addidit, ad Principes etiam eorumque filios ut applicem, a me non possum im- ^{2) Damno a severa- toribus me- tuendo.} petrare. Pergunt foeneratores Principum filiis mutu-
 um



um dantes graviolem perniciem & parentibus & Reipublicae inferre posse adeoque majori odio dignos esse. Mihi vero tam Illustres Filii qui omnium oculos in se conversos spemque patriae in se positam esse sciunt, & nunquam non Ephoris & Consiliariis prudentissimis stipati sunt, longe supra metum corruptionis positi videntur, quam si subesse concederem aliis, ad malum a principe familia & Republica avertendum, mediis opus esse contendere, quam legis privatae nihil ad Principes pertinentis Sanctione. Addunt Principes nostros in contractibus uti

3) *Jure privatorum in Principum contractibus obtinente ipsisque*
 4) *in summis Tribunalibus reddi solito.*
 5) *arg. Ord. Cam. P. 1. tit. 61. vel 71.*

5) *Praejudicis.*
 6) *edictis non distinguendis.*

jure privatorum. Id vero quatenus Leges privatis positae civili ratione nituntur, & a juris Gentium simplicitate recedunt, rectius negatur vid. DN. GRIBNER *loc. cit.* Subjungunt eorum causas in summis Imperii tribunalibus ex jure communi seu civili decidi. Id vero saltem quoad illa capita in quibus de statu Principum & potestate contrahendi ac de suo disponendi quaeritur, omnino eget probatione. Provocant etiam ad argumentum Ordinationis Cameralis Divi Ferdinandi I. Part. I. unde alii titulum LXL allegant alii LXXI. sed utrobique sphalma typographicum subesse oportet, cum uterque locus formulam exhibeat Jurisjurandi prior ejus, quod fiscalis Advocatus praestare tenetur, alter respondentorum. Unde nihil expresseris, quod ad praesentem controversiam utcumque trahi possit. Ut suspicer dissentientes in mente habuisse titulum LVII. quo iudices atque Assessores Camerales secundum jura Communia judicare jubentur, quod dubium jam occupavi. Denique ad praejudicia provocant ac leges provinciales, quas non distinguere urgent. Quem in finem literis a reliquo typo diversis apud Illustr. STRYK. p. 107. expressa videntur verba Edicti Prussici *cujuscumque status, conditionis aut dignitatis fuerit.* Verum ut taceam, ea non de debitoribus de quo mihi sermo est, sed de creditore loqui, ipse quoque §. 45. tradidi, neminem omnino Landassium a Senatusconsulti potestate eximi. Ultra hos vero ad ipsorum statum Imperii filios res judicatae legesque adductae non porriguntur.

T A N T U M.



Wittenberg, Diss., 1715


VD18

ULB Halle

005 390 001

3







Pri. 31. num. 22. P. A. 43.

20

DISSERTATIO JURIDICA
DE
V FORENSI
SC TI
ACEDONIANI
N GERMANIA

1715. 15

QVAM
RE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO
ERICO AVGVSTO
PRINCIPE REGIO

CAETERA
ND DIEM XXVI. NOVEMB. MDCCXV
PVBLICE TVEBVNTVR
PRAESES

RIDVS LVDOVICVS
MENCKEN
D. ET P. P.

ET
RESPONDENS
LVS SIGISM. MARCHE
LIPSIENSIS

VITEMBERGAE
ERIS VIDVAE GERDESIANAE

